Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8134
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Implicat illecebris fallax plerosque voluptas
Qui nimio studio deliciosa petunt
Pars hominum florent quibus est sapientia cordi
Et qui se rerum cognitione beant
Nonnulli tamen fine sectantur honestum
Pro virtute quibus vere datur umbra boni
Nam dum prudentes per se iustique videri
Conantur perdunt perque tumorem reparant
Hic recte nemo dicitur inde beatus
In caeli summum permanet arce bonum
Illud in eterna pace est (ut summa) vita
Ipse deus remunerans fons bonitate deus
Debitur iustitie graditibus vitamque amice
Qui sequitur tali nil capit ille bono

De penitentia

1o Penitentia (ut ait Ambrosius) est mala preterita plangere
et plangenda iterum non committere. Et (ut ait Augustinus)
2o Penitentia est vero qua commissa mala cum emendationis
proposito plangimus et odimus et plangenda ulterius committere
nolumus quod penitentia vera in animo dolere et odire vitia
3io Penitentia autem (ut ait Hugo in sententiis) est virtus
qua circa peccata voluntarie deplangimus et ea ulterius committere
penitere non proponimus. Penitere autem (ut ait Gregorius) est ante acta
peccata deflere et flenda non committere. Nam qui sic
alia deplorat ut alia iterum committat adhuc penitentiam agere
aut ignorat aut dissimulat. Quid enim prodest si peccata
luxurie quis defleat et adhuc avaricie estibus anhe-
lat. Ait enim Isidorus li. 2. c. 16. Irrisor est non penitens qui
adhuc agit quod penituit ac videtur deum non poscere sub-
ditus sed subsannare superbus. Inde Augustinus: Inanis
est penitentia quam sequens culpa coinquinat. Nihil pro-
sunt lamenta si replicantur peccata. Nihil valet veniam
a malis poscere et mala denuo iterare. Hinc Gregorius
Qui commissa plangit nec tamen deserit poene graviori se subjicit